EUSEBIUS CAESARIENSIS
Österreich, 2. Hälfte 12. Jh.
Seite 17r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26122
Copyright: Admont, Benediktinerstift



17

tam spem adhuc uiuendi gerens. de medicis ac remediis cogitabat.
Denique transito iordane. aquis calidis quae apud callirren sunt
utebat. quae etiam potantibus commodae dicuntur. Hisum est autem medi
cis. etiam oleo calido omne corpus fouendum. Cumque depositus fuisset
in hunc eum fomento. ita resolutus est omnibus membris. ut etiam
oculi ipsi eius sedibus soluerentur. Reportatur ergo in iericho. ac famu
los planctibus admonitus. ut salutem desperare cepit. multis quoque
quadragenas dragmas diuidi iubet. ducibus ut amicis suis. pluri
mum pecuniae largitur. ipse autem furore iam plenus. ipsi ut ita dicam
ministrans morti. fertur in facinus execrabile. Et enim ex singulis
quibusque uicis et castellis. siqui nobiliores ac primarii erant
uiri ex omni iudea. ad se colligi ac reclu di iubet in loco qui
dicitur hippodromus. accersita cum sorore sua salome atque ei uiro
nomine alexa. noui inquit iudeos de meo uiuentem gauisu
ros. si potero habere lugentes ac exequias honorabiles.
explangentium multitudine. si uoluerit uos meis parere
praeceptis. Hos omnes quos incustodia haberi iussi. tuei iudae
nobiles uiros. statim ut ego spiritum exalauero. interficite. in hoc
ipsum multis paratis. ut omnis iudea. ac omnis domus. etiam in
uita defleat obitum meum. Et paucis idem iosephus ait.
Rursum autem. nam ac cibi auiditate ac tussis conuulsione disten
debatur. Cum ex dolore uiolentia iam uitae exitum adesse sensisset.
malo accepto cultrum poposcit. Solebat enim pro semetipsum
purgatum sic pomum atque incisum edere. Tum deinde eum spec
tans nequis esset qui prohiberet. eleuauit in semetipsum dextram